

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3228

Auteur(s) : Enguerrand de Fretteville [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1137, 2 février

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

I. Engerrand de Fretteville, Mathilde sa femme, Raoul son fils aîné, renouvellent la donation d'Ectot faite par leurs prédécesseurs et confirment la donation que Robert d'Hugleville a faite de sa terre avec la permission du roi Henri, moyennant 40 sous et à condition que les religieux admettent le donateur et sa famille dans leur société spirituelle. Si Engerrand ou ses fils le désirent un jour ils seront reçus moines en l'abbaye. Eux et leurs hommes jouiront (de l'exemption) du tonlieu des foires et du libre passage au port de Caudebec.

II. Engerrand, fils de Guillaume de Fretteville, donne sa dîme d'Ectot moyennant 60 sous.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 67, p. 120-121.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir LOT, p. 120, n. 1.

Texte établi d'après a

Sciunt presentes et futuri quod ego Engerrandus de Fracta Mola et Matildis, uxor mea, et Radulfus, primogenitus noster, confirmando concessimus et concedendo manibus nostris super altare S. Wand. donationem illam d'Eschetot ponimus, quam predecessores nostri eidem monasterio S. Wand. dederunt, et terram illam quam Robertus de Huglevilla, cum factus fuit monachus apud S. Wand., concessu regis Henrici secum dedit, terram videlicet Sauualii et Gualterii fratris eius, quidquid habent in eadem villa in bosco et in plano. Abbas autem Galterius et conuentus dederunt nobis ex caritate monasterii in eodem die pro concessione terre duorum supradictorum hominum xl. a solidos, et susceperunt nos in societatem fraternitatis sue et in omnibus monasterii sui spiritalibus beneficiis. Si autem ego Engelrandus vel aliquis filiorum meorum, siue sani siue infirmi, monachatum desiderauimus et eos expecierimus, sicut commune consilium capituli concesserit et hoc faciendum adiudicauerit, suscipient nos prout decet fratres huiusmodi beneficii. Theloneum autem omnium nundinarum suarum et passagium portus Caldebeci condonant nobis et hominibus tantum modo mense nostre. In hac vero concessione nostra fuerunt ex parte nostra : Rodulfus de Salceio et Rogerius de Burdinuilla et Rad. clericus et Guilelmus filius eius et Iohannes, Rainoldus boleng[erius]. Ex parte autem abbatis et conuentus fuerunt testes: Hugo de Freeuilla, canonicus S. Marie Rothom., et Galterius de Staimara, Rogerius filius Heltonis et Albertus janitor, Robertus Allenolt, Robertus filius Ricardi, Osbernus de Longa regia. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M^oC^oXXX^oVII^o, in die S. Laurencii, Innocentio papa secundo, Stephani regis Anglorum et ducis Normanorum regni anno II^o, Hugone archiepiscopo Rothom.

Notum omnibus esse tam presentibus quam futuris quod Ingerrannus, filius Willelmi de Fracta Mola, dedit S. Wand. decimam quam habebat in Escetot, acceptis a nobis sexaginta solid. de caritate Sancti. Ex nostra parte testes fuerent: Radulfus Bonet maior et Radulfus B[onet] minor, Willelmus filius et Ricardus filius Odini. Ex sua vero parte : Hugo de Fracta Mola, homo suus.